



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quid est arundo quassata & linum fumigans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

fumigans eosdem significat, qui iam iam ad interitum propetabant; si enim Christus non cessisset, iam ut explicui, petissent. Nec terrē factas, sed obduratas habebant conscientias.

VERSVS 22.

*Tunc oblatus est ei demonium habēs,
cacus & mutus: & curauit eum,
ita ut loqueretur & videret.*

QVÆSTIO I.

Cur cacus & mutus?

Vnde mutus. §. 1. Dæmonium cæcum aut mutum hic non dicitur, sed ipse, qui eo detinetur, dæmone nimium illa operante, & poenitentiarum naturales actiones præpediente, κακός & mutum & surdum significat, ideo non desunt, qui surdum vertunt; verum illi duō defectus se mutuo ordine quodam comitantur, hinc tamen mutum intelligere necesse est; quia in miraculo recensetur quod sit locutus. An vero natura, an dæmonis violentia mutus fuerit, incertum est. Comm. Hieron. putat, aliunde mutum fuisse. Verum quacūque ex causa mutus fuerit, miraculi magnitudo cunctis apparuit.

VERSVS 24. & 25.

*Pharisæi autem audientes dixerunt.
Hic non eiecit demones nisi in Beel-
zebul principe dæmoniorum. Iesus
autem sciens cogitationes eorum,
dixit eis. Omne regnum diuisum
contra se, desolabitur: & omnis ci-
uitas vel domus diuisa contra se,
non stabit. Et si satanas satanā
eiecit, aduersus se diuisus est: quo-
modo ergo stabit regnum eius?*

QVÆSTIO I.

An diaboli regnum non sit in se diuisum?

*Omne di-
fidium re-
dit ad in-
teritum.* §. 1. Dicitur respondisse Dominus ad eorum cogitationes, quamvis enim Christo nō dixerint, clam tamen populo insuurrabant, & forte cogitationibus illa ipsa versabant; quæ Dominus adfert. Primum argumentum est: Omne regnum in se diuisum, seu contra animam suam diuisum, vt Syrus ait, desolabitur. Omne enim regnum dissidijs perit necessario. Validiora enim quam vt extrema metuant, in se ruunt. Itaque si dæmonum corpus ita dissidet, vt alij alios pellant, alij cruciare velint, alij liberare cruciatos, nō potest eorum regnum esse diuturnum. Dæmonum est autem ea astutia, vt in regno suo propagando & stabiliendo sint concordēs. Id vero homines hactenus semper experti sunt; non modò in obsessis quos pertinacissime obsident, sed etiam in hominibus ad peccatum pelliciendis.

Cum ait: domus super domum cadet, vel sensus est: In regno in se diuiso desolandas vrbes, & domum vicinam proximæ illapsuram, vel more Hebræorum antecedens pro re latius repetentium. Domus super domum, hoc est, seipsam cadet. Posterior sensus est apud

Marcum. Si domus super semetipsam dissipetur, non potest stare domus illa.

§. 2. Non desunt Pharisæorum defensores. Nam primò potest dæmon fortior quisq; imbecilliorē pellere, ipse princeps omnes. Deinde potuerunt dæmones timorem fugamque simulare, & mentiri, atque hæc omnia ex pacto vt homines deciperentur, & per magicas imposturas in fraudem inducerentur; nō igitur firma est Christi ratio. Præsertim si Iudæorum exorcistæ non Dei spiritus, sed magico dæmones pellebant.

Respondeo firmissimam rationem esse. Fundamentum eius est in mutua dæmonum conspiratione, ad hominē eodem secum exitu inuoluentos, atque in hac vita puniendos. Deinde experientia docebat, nullos dæmones esse, qui non pertinacissime hareant, inuitissime ac difficilimè egrediantur. Tercio à Christo pellebantur in sola loca ubi nō cendi facultas deerat. Quarto, plurimi, imo integre legiones sic expellebantur: Hæc ergo si dæmones inter se & eorum princeps ageret, magna esset inter eos dissensio, & se mutuo dissidio impedirent. At nunquam à mudo condito id auditum est, vt in Magi alicuius gratiam inter se tumultuarentur, vel bella fingerent dæmones, cōsque, vt ex corporibus hominum se mutuo pellant. Fingunt illi inter se aliquando pugnas, vt in rebus ludicris, sed cum ad possessiones ventum est, iam vt in re seria, conspirant. Videatur Athanasius de incarnatione.

Confirmatur ex eo quod perfecte eiciebat. Quæ perfectio duplici in re constabat. Nam corpore & anima pellebat, & est in 3. part. 1. q. 45. a. 2. ad 4. Deinde & corporibus perfecte eiciebat, vero imperio, sanis, & si læsi essent, restituitis energumenis, siue vlla portate, aut spe redeundi, quorum contrarium vt Magis experientia docet. Pharisæi de violentia per principem dæmonum coactionem intelligebant, ita vt & tormento exigi dæmones credebant. At vero sitor, tam multos, tam crebro principes eiecit, & in alia loca relegat, quomodo stare potest regnum eius? Magis enim suos milites; quam hostes, hoc est, homines ex-cruciat.

§. 3. Deprauat hunc locum Beza & Caluinus. Vt autem, inquit Beza, Filij vestri, & vobis vobis Heb. id est vestri, siue vestrales. De discipulis autem suis Christus hoc intelligit, quos reuerfos, & edita à se miracula narrantes turba audierat, potius quam de exorcistis Iudæis, quorum sit mentio Act. 19. 13. vt sit firmum argumentum. Nam potius cum collisit Satan, quam confertur ab ipsis eijceretur, & quod illo Actuum loco refertur, versute fecit Satan, sicut etiam quoties Christo gloriam tribuit, & idcirco ab eo tacere iussit.

Eijciunt, ἐκβάλλουσιν. In duobus exemplaribus scripturæ erat ἐκβάλλουσιν, eijcient: Ipsi erunt vestri iudices, ἀντὶ τῶν ἰσχυρῶν καὶ τῶν ἡσυχῶν. Erasmus, ipsi iudicabunt de vobis, id est, ἀντὶ τῶν ἡσυχῶν ὑμῶν. Familiaris autem est hæc loquendi formula sacris scriptoribus, qua dicitur aliquis eum iudicare cuius vitia suæ virtutis exemplo etiam tacens coarguit: quo modo accipiendum est, quod paulo post de Ninivitis & regina Austri commemoratur.]

Christi itaque argumentum contra Pharisæos ab ipso Domino factum soluere conatur. Nam quod ad doctrinam attinet. Non poterat ea Christus vi ad probandum, esse sanctam, & Dei virtute nixam dæmonis cictionem. Seductore etenim & falsum prophetam hominabant, adeo vt ex doctrina quæ impie iudicabant, etiam hoc colligeret; Dæmones arte magica ab illo eijci. Christus veto ex opere doctrinā probat, non ex doctrina opus. Doctrinā in controuersia vocabant, operibus erudiri Dominus iubet. Caluinus impu-